



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Praxis Beneficiorvm D. Petri Rebvffi Montispessvlani
Ivrvim Doct. Ac Comitiss, Ivrisqve Pontificii Ordinarii
Professoris Paris. & ibidem in supremo Senatu Causarum
Patroni**

Rebuffi, Pierre

Coloniae, 1610

De interdictis non leuiter ponendis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63686](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63686)

In integrū restitutione non petit. Quinquagesimatertia, non potest excommunicatus perire in integrum restitutionem, si laesus fuerit ob excommunicationem. *Pan. & alii in t. significauerunt. col. vlt. de excep. & hoc si erat in culpa non petendo absolutionem. Alb. in l. in eadem. ff. ex quibus causis maior. superius etiam dixi, quod excommunicatus spoliatus restitutionem non petit.*

Quinquagesimaquarta, effectus excommunicationis non suspenditur per appellationem, sed ea non obstante erit excommunicatus, qui ante appellationem erat. *c. is qui. in fi. de sent. excom. in 6. c. pastor. di. §. i. de appell. vbi Panor. assignat duodecim rationes.*

Bona remanentia in excommunicatione per annum cōfiscatione per annum sunt cōfiscanda. Quinquagesimaquinta, bona remanentis in excommunicatione per annum cōfiscari debent, *re. Are. in c. qualiter. 2. §. ad cōfiscationem. col. 3. de accus. & de do. cui practica contra excommunicatos, qua vti debent officiales regii ad compellendum excommunicatos, vt faciant se absolui per bonorum distractionem. in re. c. postulastis. in 4. no. de cl. excom. in. circa fi. vbi etiam dixi an post annum sit priuatus beneficiis, declarando ea quae doct. not. in c. de iudi.*

Vassallus nō iuuat dominū ex de dolo. a. hic finitur lex. Quinquagesimaseptima, vassallus non tenetur adiuuare dominum excommunicatum, vel haereticum. *d. §. i. hic finitur lex. c. alius. 15. 1. gl. in ca. vno quo tempo. mil. quod est notand.*

Discordie cur in matrimonii interueniunt. Quinquagesimo octaua omnibus sacramentis (excepto matrimonii) est priuatus, quia in suum magnū damnum potest cadere. *c. illud. 95. dist. c. ad eius verō. s. dist. Et si. significasti. de eo qui duxit in mar. Fel. in rub. de spons. nu. 8. in 12. priuileg. matrimon. & adhuc bonus vir non auderet sic sumere istud sacramentum, ne esset perpetua discordia inter coniuges, quae ex hoc maximē prouenit, quando cum statu gratiae sacramenta non sumuntur, quia vix bono peraguntur exitu, quae malo sunt inchoata, principio. c. cū Paulus. 1. q. 1. ob id in hac patria nullus matrimonium contrahit, nisi fit eo vel praecedēte die confessus.*

Quinquagesimanona, excommunicatus pro mortuo haberetur. *doct. in c. graui. de sent. ex. Ideo Papa non salutat eos, nec vocat fratres, vel filios, vt scripsi supra in verbo, dilecti. in forma. manda.*

Sexagesima, notarius excommunicatus non potest instrumenta recipere propter communionis periculum. *gl. & doct. in c. ad certum. u. de sent. excom. in 6. Spe. in 12. de instr. ed. ii. §. restat, vers. quid si instrumentum confectum. Pan. in ca. veritatis. de dolo. Dom. in c. vlt. 3. q. 4. Fel. in c. fraternitatis. de heret. Et si receperit, non erat tamen nullum, quia iure cautum non est.*

[Sexagesima prima est, quod excommunicatus non potest impetrare rescriptum, quod si impetrauerit, est ipso iure nullum. *c. de res. in 6. scripsi in re. c. postulastis. de cler. excom. in. vbi xx. conscripsi limitationes & ampliationes.*]

Vltima praelato excommunicato obedientia denegari potest. *Pan. & alii in c. cum non liceat in i. gl. de praeser. allega. ca. pastor. di. de appell. alias penas impraesentiarum omittere debet. [Si tamen episcopus, vel eius officialis mandet excommunicatum denunciari candelis accensis, & in terram proiectis, hoc regales dicunt abusuū: licet ante istas haereses longissimo tempore ecclesia vsa sit hoc iure in literis maledictionum: sed hodie contemnitur excommunicatio: sed vā illis qui eam contemnant.]*

De interdictis non leuiter ponendis.

Interdici non potest ciuitas, villa seu locus, nisi ex culpa ipsorum locorum, aut domus, seu rectoris, vel officialium: sed propter culpam, ruuatae personae non interdicitur locus, nisi illa persona prius fuerit excommunicata, & officiali requisiti, vt istam personam euicant, & ipsi iura biennium non eiecerint, aut ad satisfaciendum compulerint: quod si post biennium hoc etiam fecerint, mox resumi possunt diuina.

Et

ET quoniam & ex indiscre-
ta interdictionum promul-
gatione, multa consueuerunt
scandala euenire, statuimus quod
nulla ciuitas, oppidum, castrum,
villa, aut locus ecclesiastico sup-
poni possit interdicto, nisi ex cau-
sa, seu culpa ipsorum locorum, aut
domini, seu rectoris, vel officialium.
Propter culpam autem seue causa
alterius cuiuscumque priuate per-
sonae huiusmodi loca interdici
nequaquam possint autoritate
quacumque ordinaria, vel delega-
ta, nisi persona prius fuerit exco-
municata, ac denunciata, seu in
ecclesia publicata, aut domini,
seu rectores vel officiales ipsorum
locorum, autoritate iudicis ri-
quisiti huiusmodi personam ex-
communicatam infrabiduum in-
de cum effectu non eiecerint, aut
ad satisfaciendum compulerint.
qua etiam post biduum eiecta, re-
cedente vel satisfaciente, mox di-
uina resumi possint, quod etiam
in pendentibus locum habere de-
cernimus.

ET quoniam.) Quia olim in hoc
regno indiscretè sententia interdi-
cti ferri solebat, fortè ob pensio-
nem non solutam, vel aliam causam, inter-
dicebatur ecclesia, *cap. quæsiuit. de his que
sunt à maiori parte cap. Et aliquando pro-
uincia. cap. non est uobis. de sponsal. cap. ex re-
pro. in fin. de iureiuran. nota cap. si canonici.
de sic. ordin. [Rex tamen dicebat se habe-
re super hoc priuilegium, ut interdico
non subiiceretur terra regis, ut Procura-
tor Regis allegauit aliquando contra epi-
scopum Senonensem, ut est in libro vocato*

*Manuale placitorum in registris curie Parisien-
sis anno millesimo tricentesimo octage-
simo sexto die 25. Februarii, & Clemens
VI. concessit ne terra Regis, vel regina,
interdicto ab episcopis, vel aliis subiician-
tur sine licentia sedis apostolicæ Ioanni
regi Franciæ: quod priuilegiū confirma-
uit Alex. IIII. ac Nicolaus IIII. Martin.
IIII. ut est videre in libro antiquarum ordina-
tionum, fol. 59. & seq.] & Bonif. Papa statu-
it, quod locus nullus pro pecuniario de-
bito interdiceretur sub data. 2. Cal. Iu-
nii, pontificatus sui anno 8. ideo iudices
reprehenduntur nimis prompti ad profe-
rendas easdem sententias, quia tempore
interdicti diuina organa suspenduntur, &
laudes, nec ecclesiastica sacramenta mi-
nistrantur ut solent, tolluntur mortuis,
seu minuuntur suffragia præsertim per
oblationem frequentem hostiæ salutaris,
adolescentes & paruuli participantes ra-
tius sacramenta minus inflammanur &
solidantur, in fide, fidelium tepescit deu-
otio, hæreses pullulant, & multiplicantur
pericula animarum euenire, quæ solent
multa ex hoc scandala: ideo statuit con-
cilium Basiliense, non leuiter proferen-
das interdici sententias. cui conuenit tex.
in extra. prouide. de sentent. excomm. in com-
muni. & in pragm. ubi in reliquis glos. suf-
ficiunt, ad eas recurrito. [& demum con-
uentum fuit inter Papam & regem, ad
tollendum quæstiones & lites ut supponi
possent regis terræ, & regnum, hac for-
ma in tex. isto conscripta:*

*Aduertendum est tamè quod per hunc
text. fuit dictum in Parisien. senatu die 7.
Ianuarii, anno 1537. contra episcopum
Ambianen. quod abusuè processerat ces-
sando à diuinis propter excommunicatos
in uesperis uigiliæ Natiuitatis, cum prius
requiri debeant rectores locorum, ut de-
iicere habeant excommunicatum, vel ex-
communicatos, & si rector vel iudex non
deiciat excommunicatum, vel excom-
municatos, tunc cessandum erit: & sic
prædicandum erit ille titulus non obtante
cap. certum. n. quæst. 3. & aliis iuribus. [unde*

*Interdicti
non profer-
tur pro pe-
cuniario
debito.*

*Mala que
ex interdi-
ctis prou-
eniunt.*

*Praxis hu-
iusmodi.*

dicit Arch. in capit. episcoporum. de priuilegiis. in 6. quem sequitur gloss. pragm. sancti. in verbo. in d. quod excommunicati debent ab ecclesia expelli, dum diuina celebrantur, & si non exeant, potest sacerdos eos impune eicere ab ecclesia, dummodo sine effusione sanguinis hoc facere possit, alioqui recurrere debet ad brachium seculare, vt scripsi supra argu. cap. postulat. de homi. & debet dimittere officium, si non exeant, nisi canonem misse incepisset, cap. illud. & cap. nihil. 7. q. 1. quod intellige, vt superius dixi post requisitionem & denegationem iudicis secularis.

Intellectus
in d. c. si ca-
nonici.

Imo anno 1543. die 22. Ianuarii, fuit in magna camera litigatum & declaratum cap. si canonici. de offi. ordin. in 6. in ecclesiis locum habere tantum, quæ hoc ex consuetudine habent, vt cessare possint à diuinis, vt ecclesia Lugdunen. ibi gl. exprimit, & tunc agebatur de vna ecclesia Lugdunensi collegiata, quod canonici non possunt cessare pro priuatis, sed pro negotiis publicis sic, & antea requiri debet culpabilis, & postea si nolit quicquam facere, debent canonici simul illam cessationem concludere, & causam ob quam, tertio debent instrumento publico eam causam & cessationem notificare illi, cuius causa cessare volunt, qui si purgare velit causam, non cessabunt canonici, alioqui secus, & illa habentur in d. c. si canonici. & ca. quauis. ibidem, quod est notandum.

Non habet tamen locum iste tex. quando ipso iure interdicitur ciuitas, vt in cap. vbi periculum. §. præterea. de elect. in 6. cap. felicis. de penis, eodem lib. cle. 1. illo rit. nam hic prohibet ferri autoritate iuris, quia ius semper loquitur, & est in viridi obseruantia. l. Arriani. C. de heret. [Etiam ex hoc text. patet ex culpa dominorum ciuitatis, vel domini, posse ciuitatem supponi interdicto, nam propter delictum domini, vel iudicis, puniuntur omnes ciues. per text. in l. iudices. C. de nauicula libr. n. quem ponderat Borse. in sing. incipien. iudex. in 5. vbi plus post Bar. dicit propter negatam iustitiam à iudice, vel rectore loci conceduntur pignorationes, & repræsentia, con-

tra omnes illius ciuitatis incolas, quod videri potest per Bart. in suo tractatu. de repræsentat. quas gallice marque vocant, quando alias facile prouideri non potest.

Notanda sunt sequentia in hoc titulo Requisite in hoc tit.

Primo, quod ciuitas, locus, vel dominus deliquerit, seu culpa aut causam commiserit, ibi nisi ex causa, seu culpa, quia sine causa puniri quis non debet. per reg. iuris in d. c. sine culpa.

Secundo, quod ista causa, seu culpa tangat iudicem ecclesiasticum, aut personam ecclesiasticam, aut rem diuinam, alioqui si secularem, imponeretur multa, vel alia pena pro modo delicti, vt per totum titulum de penis.

Tertio, quod hæc culpa proveniat à domino illius loci, seu à rectore, vel officialibus, vel ab habitantibus in illo loco, vnde Tholofæ, cum cordigeri obseruantes requisissent senatum Tholosanum, vt eicerent alios religiosos non reformatos, & senatus non obtemperaret, fuit ciuitas interdicto supposita, in e. ibi profite iura, quod durauit per duos vel tres menses.

Quarto, quod si culpa proveniat ex priuata persona, oportet quod prius illa sit excommunicata, & publice denunciata, & à iudice ecclesiastico, ibi nisi persona, & c. Et dicitur persona publica, quæ habet iurisdictionem in ciuitate, priuata vero, quæ nullam habet vt scripsi per illu. rex. in l. pupillus. §. munus publicum. ff. de reb. sig.

Quinto, quod domini locorum requirantur à iudice ecclesiastico, vt illam personam excommunicatam intra biduum eiciant, vel satisfacere compellant, nam postquam fuit excommunicata persona, & publicata, non habet ecclesia quid ultra faciat: ideo requirit secularem, vt habetur in c. cum non ab homine, de iudi.

Sexto, quod d. seculares requisiti non eiciant intra biduum, nec satisfacere compellant, nam si hunc excommunicatum cum effectu eicerint, vel satisfacere compulerint, videlicet in carceres detrudendo vel bona illius vendendo, non supponitur locus interdicto, quia sine culpa sunt seculares.

oulares, qui faciunt quod possunt. *l. in iure. ff. de reg. iur.*

Septimo, quod si persona expulsa satisfecerit, statim sine alia absolutione & reabilitate assumi diuina poterunt, *ibi, mox diuina resumuntur*, quia cessante causa cessabit effectus. *l. quod dictum. ff. de pact. c. cum cessante. de appel.*

Ciuitas quando interdicto supponi possit.

Octauo, licet vniuersitas non possit excommunicari, & omnes habitantes alicuius loci, quia ibi sunt pupilli, & furiosi, qui delinquere non possunt. *cap. Romana. §. in vniuersitatem. de sent. excom. in 6.*

Tamen bene potest vniuersitas & ciuitas supponi interdicto. *ca. si ciuitas. de sent. excom. in 6.* requiritur tamen quod ciuitas deliquerit ex consilii deliberatione, & conclusionem. *l. semper. §. si in sepulchro. ibi, communi consilio plurium. ff. quod vi aut clam. alibi de hoc scriptis, his nunc contentus.*

De sublacione clementinae literis.

Non statim verbis narratiuis Papae, etiam si super illis sit fundata intentio sua, super resignatione beneficii, aut depositione, vel in praedictam tenet, nisi per publica instrumenta, vel authentica, de hoc constet.

Nec non a constitutione de eorundem fiatrum nostrorum consilio editam, qua cum irritanti decreto statuimus, decernimus, & ordinamus, quod ex tunc de caetero perpetuis futuris temporibus de cessione regiminis, & administrationis ecclesiarum & monasteriorum facta per eos, qui ecclesiis & monasteriis ipsis praerant, seu illam administrationem, seu commendam, aut ut aliis vnitam aliis obtine-

In proemio supra est de antiquatione constitutionis clementinae, quam literis vocant, sed in idem remittit, unde nihil commutare voluit.

Nec non. Licet de iure ex narratione in iure posita, vel in ordinatione non possit sumi argumentum a contrario pro decisione aliquarum causarum, nec etiam directo, *ut allegatur gloss. sing. in l. vna. C. quando non petentium partes.* Est tamen similis in *cap. audis. in verbo, ex post facto. de elect. & in cap. fin. in verbo, non teneris. de dolo. in 6. & in cap. vn. in verbo, collationem. de rerum permut. eod. lib. & in cap. abbate. in verbo iudicio, de re iudic. ibidem facit cap. si Papa de priuileg. in 6. per Barb. in cap. filius. col. 6. num. 10. de testam. & in c. Raynaldus. col. 6. & ibi Bene. in verbo, testamenti in in. num. 67. & Barb. in cap. Raynaldus. col. 21. de test. ac. consil. 60. col. 5. in 1. vol. & consil. 38. col. 10. 2. vol. Ioan. Franc. Bal. in repet. l. Celsus. 3. not. col. 5. ff. de vsucap. Ideo si in instrumento dicatur. Titius procurator talis, ut constet instrumento sumpto per talem, non per hoc probatur Titium esse procuratorem, nisi instrumentum ad quod fit relatio producat. *text. in authen. si quis in aliquo. C. de edend. & ibi expressè Bald. & alii. Alexand. consil. 181. lecto. col. 4. in 3. vol. & verba narratiua facientia mentionem, de vnione, non probant eam. Dec. consil. 522. in causa. col. 3.**

Verba narratiua non probant.

Tamen ex narratis per Papam (vbi sua fundatur intentio) de iure probatio oritur, *cle. literis de prob.* imo si narretur aliquid in literis principis quod sit de facto alieno, si motu proprio ita narrat, dummodo literae fundentur super dicta narratione, probant, *sic consuluit Alex. consil. 12. visa scripta. col. 1. in 7. vol. & Soc. consil. 266. in causa. col. 11. verb. praeterea. in 2. vol. doct. in dict. cle. Pan. & alii in cap. ad audientiam. per illum. text. de praescript. quod hodie etiam est correctum hic. & in pragmat. sanctio. vbi gloss. plenae & fertiles ponuntur, ad quas recurrito.*

Item non creditur Regi, vel principi, imo nec Papae, si dicat in suis literis quod de non cretalis rebellis fuit, vel proditor, & ob id adauit pmissit feudum, quod ab ipso tenebat: quia testificatur in causa propria, in quantum est idoneus testis. *l. nullus. ff. de test. Dec. consil. 445. in casu. col. 11. & consil. 528. pro resolutione & consil.*

Not. quoniam imo nec Papae, si dicat in suis literis quod de non cretalis rebellis fuit, vel proditor, & ob id adauit pmissit feudum, quod ab ipso tenebat: quia testificatur in causa propria, in quantum est idoneus testis. *l. nullus. ff. de test. Dec. consil. 445. in casu. col. 11. & consil. 528. pro resolutione & consil.*